

uerbis de Iudaeorum Codice ebraeo cum LAVRENTIO nostro usum esse, ex relatione sua, de tempestate Olsnensi *Argentorati* A. O. R. ∞ Io xxxvi tribus plagulis in forma ordinis quarti in lucem missa, patet. De me, ueneror mente manes huius tanti Theologi, ad cuius robur minus me, non ignoro, quam ad aquilam lumbricus humi reptilis esse soleat, cuiusque manes tanto magis ueneror, quanto maiori solertia linguam ebraeam in Gymnasio Elisabethano, in quod primus eam introduxerat docendam, uel ipsum IO. REUCHLINI antea auditorem, auditores suos docuisse ex M. PANTKII *Vitis Pastorum ad Aedem S. Elisabethae* p. 9 constat. Doleo autem, Summum hunc Virum, aliquid humani passum hic, non tam uerborum omnium de Iudaeorum Codice rationem habuisse, quam relationis ipsius, epistola singulari a KNORRIO secum communicatae f), quam incaute nonnihil hoc loco est secutus. Haec historiae causa de KNORRIO & MOIBANO dicta sunt, siquidem nostrum non esse, arbitramur, uitam Daum - Virorum horum multis describere uerbis, in id solum animo intenti, ut ex promissis, superius factis, eorum de recutitis, minus bene intellectis, relationem subiungamus. Praemitto A. MOIBANVM, historicae relationis ergo potius subiiciendum, qui allegato loco sequentem in modum scribit:

*Dergleichen so haben sie (die Iuden) daselbst eine fast merckliche druckerey zugerichtet, darinnen Sie das alte Testament, so in ihrer Sprache auff's neue mit einer Glosse und auslegung corrigiret worden, in hebraischer zunge zu drucken furgenommen, welches exemplar sie ein ganz gemacht alle voll gehabt, dieses gemacht und druckerey hat das Wetter auch genommen, dasselbe ganz eingerissen, die exemplar und gedruckten sexternen über alle hausser in die gassen der Stadt, fur die Stadt, auch in alle weite felder gefubret, eines in das andere gemenget, zurissen, an die Zäun und*

*Bäume*

f) Hanc epistolam ex parte communicat SINAPIVS loco lit. g. a nobis allegato.